



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 30. De Iudæoru[m] iterata petitione mortis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)



MEDITATIO XXX.

DE ITERATA IVDÆO-
RVM APVD PILATVM PE-
TITIONE MORTIS CHRISTI.

PVNCTA MEDITATIONIS.

Iean. 19. I. Pilato dicente, ut ipsi illum crucifigèrent. Responderunt: se legem habere, secundum quam mori deberet, quia filium Dei se fecit.

II. Pilatus ideo magis timens, illum de nro examinavit. Sed Christot acen te ait: se potestatem habere crucifi gendi & dimittendi.

III. Optabat quidem dimittere; sed Iudæis dicentibus, si hunc dimittis, non es amicus Cæsar is, fedit pro tribu nali, &c.

F I G V R A.

Dan. 6. CVM Danielem à Satrapis per inn diam accusatum, apud se Darius Rex cuperet liberare: Satraphæ institerunt, vt neci daretur, denuntiantes regi negligentem illum legum Persicar um videri, nisi Danielem condemna set.

PRO-

PROPHETIAE.

FILII hominum, dētes eorum arma, & sa- **Psal. 56:**
gitta, & lingua eorum gladius acutus.

Linguis suis dolosè agebant venenum aspi- **Psal. 13:**
dum sub labijs eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine
plenum est: veloci pedes eorum ad effunden-
dum sanguinem.

DOCUMENTA.

1. **I**VDÆI animi perturbatione cæcati sce-
lus scelere cumulant. Cauemus ne vl-
lum peccatum in mentem admittamus,
ne per illud excæcati in alia incidamus graui-
ora, non discernentes quid iustum, quid salu-
ti nostræ conducibile sit.
2. Christus à Pilato interrogatus vnde es-
set, non respondit: vt discamus non esse proij-
ciendas margaritas ante porcos, neque de
rebus sublimibus agendum apud homines
indignos, & non intelligentes, ne eas con-
temnant.
3. Non debemus, vt Pilatus, potentia aut
sapientia nostræ quicquam attribuere, sed
agnoscere omnia profecta esse à Deo, sine cuius
voluntate, nec folium arboris communouetur.
4. Si omnis potestas est desuper, vt nec ho-
mines, nec damones quicquam contra nos
possint sine diuino nutu, nemo in tentationi-
bus, periculis, rebus aduersis timendus est, nisi
solus Deus, & sperandum nihil illum permis-
surum, nisi quod ipsi maiorem gloriam, no-
bis utilitate afferat.

N 4

5. Auscul-

5. Auscultant vocibus mundi dicentis.
Sihoc facis non es amicus Cæsar is: qui tacita Dei inspiratione , ad bonum aliquod faciendum excitati , aut ad imperfectionem vel peccatum aliquod deserendum , respectu humano non obtemperant inspirationi.

6. Iudæi quod repudiato Christo Cæsarem regem suum vellent , in tot mala inciderunt , & in perpetuam seruitutem . Sic qui relicta seruitute Christi , ad mundū redeunt , perpetua fiunt mundi mancipia , & cū mundo pereunt .
 7. Seculares , qui vivunt ex præscripto legum mundi & carnis ; operibus suis clamant : non habere se Regem nisi Cæsarem . Religiosi item cum suo , non superiorum iudicio & voluntate regi volunt , Regi cœlesti repudiato , adharent terreno .



MEDITATIO XXXI.

DE CHRISTI CON- DEMNATIONE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

Mat. 27 I. Pilato pro tribunali sedenti nunciavit vxor , ne se causæ Christi misceret ; eo quod multa passa esset propter illum .

II. Pilato post lotionem manuum dicente : Innocens sum à sanguine Iusti huius ; responderunt : Sanguis eius super nos , &c.

III. Sic :